



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Manvale Sodalitatis B. Mariae Virginis. siue Exercitivm
Spiritvale Christianae Pietatis**

Véron, François

Coloniae Agrippinae, 1505 [i. e. 1605]

Litaniæ Deiparæ virg.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46577](#)

LITANIAE DEIPARAE
VIRGINIS, EX SACRA SCRI-
PTURA DEPROMPTAE, QVAB
*in alma domo Lauretana, omnibus
diebus Sabbati, Vigiliarum, &
Festorum eiusdem B.Vir-
ginis decantari
solent.*

K Yrie eleison. Christe eleison.

Kyrie eleyson. Christe audi nos.
Christe exaudi nos.

Pater de cœlis Deus, miserere nobis.

Fili redemptor mundi Deus, miserere no-
bis.

Spiritus Sancte Deus, miserere nobis.

Sancta Trinitas unus Deus, miserere no-
bis.

Sancta Maria, ora pro nobis.

Sancta Dei genitrix, ora

Sancta Virgo virginum, ora

Gen.3. Mater viuentium, ora

Eccle 24. Mater pulchræ dilectionis, ora
pro nobis.

Ibid. Mater sanctæ spei, ora

Gen.2. Paradysus voluptatis, ora

Ibid. Lignum vitæ, ora

Prov.9. Domus Sapientiæ, ora

C 2

Gen.

- Gen. 28.* Porta cœli, ora
Gen. 49. Desideriū collium eternorum, ora
Nu. 35. Ciuitas refugij, ora
Iud. 15. Gloria Hierusalem, ora
Exod. 15. Sanctuarium Dei, ora
Exod. 25. Tabernaculum foederis, ora
Exod. 30. Altare Thymiamatis, ora
Gen. 27. Scala Iacob, ora
Sap. 7. Speculum sine macula, ora
Can. 2. Lilium inter spinas, ora
Exod. 3. Rubus ardens incombustus, ora
 pro nobis.
Iud. 5. Vellus Gedeonis, ora.
2. Reg. 1. Thronus Salomonis, ora.
Can. 7. Turris eburnea, ora.
Can. 4. Fauus distillans, ora.
Ibid. Hortus conclusus, ora.
Ibid. Fons signatus, ora.
Ibid. Puteus aquarum viuentium, ora.
Prou. 31. Nauis institoris de longè portans
 panem, ora.
Ecccl. 5. Stella matutina, ora.
Ecccl. 6. Aurora consurgens, ora.
Can. 6. Pulchra ut luna, ora.
Ibid. Electa ut sol, ora.
Ibid. Castrorum acies ordinata, ora
 pro nobis.
Ierem. 14. Solium gloriæ Dei, ora.
 A cunctis periculis, libera nos gloriofa
 Virgo.

Pcr

SODALITATIS.

47

Per salutarem Conceptionem tuam, libera nos gloria Virgo.

Per sanctam nativitatem tuam, libera nos gloria Virgo.

Per admirabilem Annunciationem tuam, libera nos gloria Virgo.

Per immaculatam Purificationem tuam, libera nos gloria Virgo.

Per gloriosam Assumptionem tuam, libera nos gloria Virgo.

Peccatores, te rogamus audi nos.

Vt veram pœnitentiam nobis impetrare digneris, te rogamus audi nos.

Vt societas tibi peculiari obsequio deuotas conseruare, & augere digneris, te rogamus audi nos.

Vt Ecclesiae sanctæ, cunctoque populo Christiano pacem, & unitatem impetrare digneris, te rogamus, audi nos.

Vt omnibus fidelibus defunctis requiem æternam impetrare digneris, te rogamus, audi nos.

Mater Dei, te rogamus, audi nos.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis Domine.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi, exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

C 3

vers.

Vers. Ora pro nobis sancta Dei genitrix.

Resp. Ut digni efficiamur promissionibus
Christi.

ORATIO.

Pietate tua, quæsumus Domine, nostrorum solue vincula peccatorum,
& intercedente B. Maria, cum omnibus
sanctis tuis, nos famulos tuos, benefacto-
res atque loca nostra, in omni sanctitate
custodi, omnesque consanguinitate, affi-
nitate, atque familiaritate nobis coniun-
ctos, à vitiis purga, virtutibus illustra, pa-
cem & salutem nobis tribue, hostes visibi-
les, & inuisibiles remoue, carnalia deside-
ria repelle, aërem salubrem, & fertilitatem
indulge, amicis & inimicis nostris chari-
tatem largire, atque vibem N. cum omni-
bus in ea habitantibus, ab omni peste, infi-
deliumque feritate, & potentia illæsam
conserua, & omnibus fidelibus viuis & de-
functis, in terra viuentium vitam, & re-
quiem æternam concede; & Pontificem
nostrum N. Antistitem N. omnes Präla-
tos, & cunctum populum Christianum, ab
omni aduersitate custodi, & benedictio tua
sit super nos semper. Per Christum Domi-
num nostrum. Amen.

ORA.